OFFICIA PRO-PRIA S. FRANCISCI DE PAVLA, FVNDATORIS

Ordinis Minimorum, ad formam Officij redacta.

QVAE S. D. N. GREGORIVS PAPA XIII. die 13. Martij. 1574. Pontificatus sui anno tertio, viua voce concessit: vt sic ordinata, imprimerentur, & á fratribus eiusdem ordinis dicerentur.

CVRA ET MANDATO R. P. FR. Valentini à Massa, eiusdem ordinis moderni Generalis, nuper impressa.

Anno.  1614.

BARCINONE.

Apud SEBASTIANVM MATHEVAT, iuxta Templum B. Mariæ del Pi.

CLEMENS VII. singulis fratribus, & sororibus nostri Ordinis, nec non & alijs Christi fidelibus in festo, & octaua sancti Francisci de Paula celebrantibus, seu recitantibus Missam, & Officium eiusdem Sancti, pro singulis festis, & octauæ ipsius diebus, concessit indulgentiam centum dierum: ut patet ex sequenti bulla.

BVLLA PP. CLEMENTIS VII. super approbatione Officij proprij, & Missa sancti Francisci de Paula, cum indulgentijs Pontificalibus.

Dilectis filijs Fratribus Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula.

DILECTI filij, salutem, & Apostolicam benedictionem. Libenter ad ea concedenda inducimur, quæ deuotionis respiciunt incrementum. Cúm itaq. póstquàm fœlicis recordationis Leo PP. decimus prædecessor noster, vni-

uerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs quibuſcunque prælatis Eccleſiaſticis: quatenus ipſi, & eorum ſinguli feſtum ſancti Franciſci de Paula, cum officio proprio, cùm illud de ſedis Apoſtolicæ mandato ordinatum foret: Aliàs cum officio vnius Confeſ. non Poutif. cum propria oratione in eius canonizatione, ab eodem prædeceſſore edita, die ſecunda Aprilis annuatim (niſi tunc occurret maior hebdomada, vel octaua Paſchæ) & tunc ſecunda feria poſt octauam Paſchæ, huiuſmodi in ſuis ſolenniter: In veſtris veró eccleſijs ſingulis, ſub ritu feſti duplicis, & cum octaua annuatim celebrarent, ſeu celebrari facerent, & mandarent, expreſſe per ſuas in forma breuis litteras commiſſerat, & mandauerat: Vos de ſedis Apoſtolicæ mandato Miſſam, & officium eiuſdem ſancti Franciſci de Paula, in dictis eccleſijs (vt præfertur) deuotè celebrandam, & recitandam pié, & laudabiliter ordinari, & inſtitui procuraueritis: Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt ordinationi, & inſtitutioni Miſſæ, & huiuſmodi officij, poteſtatis nobis creditæ autoritatem impertiri, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui pijs deuotarum perſonarum, præſertim religioſarũ, votis libenter annuimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ordinationem, & inſtitutionem officij huiuſmodi (quod diligenter inſpici, & examinari fecimus) auctoritate Apoſtolica, tenore

nore

nore præſentium approbamus,& confirmamus: ac uobis, nec non omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui pro ſua deuotione voluerint: vt miſſam,& officium ſancti Franciſci de Paula huiuſmodi dicere,& recitare liberè, & licitè valeatis:Et alij præfati valeant,cuiuſuis licentia ſuper hoc minimè requiſita:auctoritate,& tenore prædictis concedimus,pariter & indulgemus. Et nihilominus de omnipotentis Dei miſericordia,ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autoritate confiſi,tam veſtrum ſingulis, quàm omnibus,& alijs ſingulis Chriſti fidelibus præfatis: qui miſſam & officium huiuſmodi in feſto, & octaua prædictis deuotè celebrauerint, vel recitauerint,pro ſingulis feſtis,& octauæ huiuſmodi diebus,quibus id fecerint,centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, miſericorditer in Domino relaxamus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrarijs quibuſcunque: præſentibus perpetuis futuris tempotibus valituris. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris,die decima ſeptima Maij, Milleſimo, Quingenteſimo, Vigeſimo octauo.Pontificatus noſtri Anno ſexto. Deo gratias.



S·FRANCISCVS·DE·PAVLA.

SEQVENTIA

OFFICIA IN DIEBVS Festi sancti Francisci de Paula, & Canonizationis eiusdem dicenda, ad formam Officij noui redacta.

DE ordine D, Pyrrhi Tari Vices gerentis Vicarij Summi Pontif. fuerũt examinata per R.P. fratrem Paulum Constabilem, sacri Palatij Magistrum: & per Sanctissimum D. N. Gregorium XIII. viua voce concessa: vt sic ordinata, imprimerentur; & á fratribus eiusdem ordinis dicerentur.

NOTANDA QVAEDAM.

¶ Festum sancti Francisci de Paula semper regulariter celebratur die secunda

cunda Aprilis. Verùm si eadem die occurrat aliqua dies maioris hebdomadæ, vel octaua Paschæ: transfertur in feriam secundam post octauam Paschæ: quia in dictis diebus ecclesia non facit festum de quocunque sancto occurrente: nisi post oct. Paschæ.

¶ [illegible] quando transfertur post octauam Paschæ: si contingat fieri commemorationem, vt infra dicetur, de aliquo festo simplici, quod propriam habet lectionem: nona lectio legitur de sancto. Si fuerint duæ de sancto, cuius fit commemoratio: ex duabus lectionibus, fiat vna lectio, omissa nona lectione officij proprij, vel octauę lectioni adiuncta.

¶ Item tempore Paschali, in fine ad Inuitatorium, Antiphonas, Vers. Responsoria, tam breuia, quàm alia, additur Alleluia, & tres Psalmi dicuntur per singulos nocturnos, sub prima antiphona illius nocturni.

¶ Sed si prædictum festum venerit in

Domi-

Dominica paſſionis, transfertur in feriam ſecundam immediatè ſequẽtem: cum commemoratione feriæ, tam ad Benedictus: quàm ad Magnificat, & ad lectiones, quia nona lectio erit de homilia feriæ. Et ſic per ordinem alijs diebus infra octauam, fit commemoratio de feria occurrenti.

¶ [illegible] in alijs Dominicis, ſeu diebus à prædictis: fit de feſto, cum commemoratione Dominicæ, tam ad Magnificat, quam ad Benedictus, & ad lectiones: Quia nona lectio erit de homilia Dñicæ, ſeu feriæ. De octaua.

¶ [illegible] fit officium ſemiduplex, & omnia dicuntur, vt infrà: & non dicitur officium virginis in choro.

¶ [illegible] concurrente, cum feſto duplici, fit de feſto, cum commemoratione octauæ. Concurrente cũ ſemiduplici, à Capitulo de ſequenti, cũ commemoratione octauæ. Concurrente cum Simplici, Officium de octaua, & commemoratio de Simplici.

¶ Die octaua vel die infra octauam concurrente, cum Dominica Passionis, seu Palmarum: fit de dominica, cum cõmemoratione octauæ: & cõcurrente cũ feria secunda, vel tertia maioris hebdomadæ, fit de feria, cum cõmemoratione octauæ. Quòd si occurrat in quarta, vel alijs sequentibus ferijs, eo anno omittuntur.

De lectionibus.

¶ Tempore Quadragesime in qua, in officio de tẽpore, in Breuiario nõ assignantur lectiones de scriptura; sed de homilia; tunc lectiones primi nocturni, tã in die festi, quám per octauã legũtur vt infrá. Sed tẽpore paschali, in quo, in officio de tẽpore assignãtur lectiones de Scriptura: Tunc lectiones primi nocturni in die festi, leguntur de libro Sapientiæ, vt infrà. Et per octauam, de Actibus Apostolorum, vt in Breuiario, vbi ponuntur lectiones de Scriptura, quæ sua quaq. die occurrunt legendæ.

De Anniuersario Dedicationis omnium Ecclesiarum ordinis.

¶ [illegible] quòd prima vacante Dominica mensis Iulij; celebratur Anniuersarium dedicationis Ecclesiarum totius ordinis.

nunc Dnica 2.a decreto S. Cong. Rit. anni 1805.

IN DIE S. FRANCISCI de Paula Confess. non Pontif.

In primis Vesp. Aña.

DE torrente lacrymarum, Franciscus in via, bibẽs, caput exaltauit in patria. Dixit Dominus &c. cum [illegible] Laudate Dominum omnes gentes. Laudatio eius manet in sęculum sęculi: cui timor Domini initiũ sapientiæ semper affuit. Aña. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala nõ timebit. Aña. Suscitat

Dominus

Dominus de terra inopem: & de stercore erigit pauperem. Aña. Confirmata est super nos misericordia Domini; in seruo suo Francisco.

[illegible]

DIlectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione est: Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum. & in verbis suis monstra placauit.

Hymnus.

BRutio natus, Pater hic beatus,
Paula quem mūdo peperit ruentè,
Quemq. miraclis retinet coruscum,
Gallica tellus.
Maluit terris, humilis videri:
Rebus in cunctis, minimusq. dici:
Celsus, vt tandem superum cateruis,
Esset Olympi.
Hinc suos omnes Minimos vocari
Censuit fratres, humiles, vt essent:
Ac beatorum valeant, & ipsi,
Cœtibus addi.

Ad ſuum demum tumulũ frequenter,
Languidis cunctis tribuit medelam:
Sepius confert miſeris, rogatus,
Dona ſalutis.

Hinc vident cæci, graditurq. claudus
Lætus auditum capit, atq. ſurdus,
Mortui ſurgunt, recipitq. mutus,
Organa vocis.

Gratias Trino peragant & vni,
Iam Deo cuncti pariter fideles,
Qui beat iuſtos, humileſq. mente,
Tollit ad aſtra. Amen.

Vers. Eſurientes impleuit bonis.
Resp. Et diuites dimiſit inanes.

Ad Magnificat, Antiphona.

Deponens potentes de ſede Dominus: exaltauit humilem Franciſcum. Hodie exultet ſpiritus noſter in Deo ſalutari noſtro.

Oratio.

Deus humilium celſitudo: qui beatum Franciſcum de Paula Confeſſorem tuum, ſanctorum tuorum gloria ſublimaſti: tribue quæſumus, vt eius meritis, & imitatione, promiſſa

humili-

humilibus præmia, fœliciter consequamur. Per Dominum.

Christum Dominum exaltantē humiles: Venite adoremus. Venite.

Hic pater sanctus, minimis vocatis:
Dat suis normam genitis beatam:
Qua proli recto mereantur oras.
Scandere cursu.
Hic pius, iustus, fuit & pudicus:
Abstinēs, prudēs, humilis, benignus:
Regis æterni teneris ab annis,
Iussa sequendo.
Vita iam cuius celebris per orbem,
Extitit signis redimita miris:
Quandiù sacros vegetauit eius:
Spiritus artus.
Atq. defunctus fruitur supernæ:
Gaudijs vitæ: simul, & choreis
Iunctus æternis: recipit supremi,
Præmia cęli.
Gloria summo domino canamus:
Qui supernorum retinens habenas:
Secla

Secla totius moderatur æui,
Trinus & vnus. Amen.

anquam lĭgnum plãtatum ſecus de-
curſus aquarum: fructum dedit in tem-
pore ſuo: & folium eius non defluet.

I.

Eatus vir, qui non abijt in conſilio
impiorum, & in via peccatorũ non
ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſe-
dit.

ed in lege Domini voluntas eius, & in
lege eius meditabitur die, ac nocte.

t erit tanquam lignum, quod planta
tum eſt ſecus decurſus aquarum: quod
fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

t folium eius non defluet: & omnia
quæcunq. faciet proſperabuntur.

on ſic impij, non ſic: ſed tanquam pul
uis, quem proijcit ventus a facie ter-
ra.

deo non reſurgent impij in iudicio:
neque peccatores in conſilio iuſto-
rum.

Quo-

uoniam nouit dominus viam iusto-
rum, & iter impiorum peribit.

Joria Patri & Filio, & Spiritui sancto,
icut erat &c.

anquam lignum plantatum secus
decursus aquarum, fructum dedit in
tempore suo: & folium eius nō defluet.

Seruiuit Domino in timo-
re, & exultauit ei cum tremore.

2.

Vare fremuerunt gentes, & populi
meditati sunt inania?

ſtiterunt reges terrę: & principes cō-
uenerūt in vnum, aduersus Dominum,
& aduersum Christum eius.

irumpamus vincula eorum. & proij-
ciamus a nobis iugum ipsorum.

ui habitat in cælis irridebit eos, &
dominus subsannabit eos.

unc loquetur ad eos in ira sua, & in
furore suo conturbabit eos

go autem constitutus sum rex ab eo
super Sion montem sanctum eius: præ-
dicans præceptum eius.

Domi-

Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea:& tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini, qui iudicatis terram.

Seruite Domino in timore:& exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam,ne quando irascatur dominus: & pereatis de via iusta.

Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Ant. Seruiuit domino in timore, & exultauit in ei cum tremore.

Ant. Ad dominum clamauit:& exaudiuit eum de monte santo suo.

Psalmus. 3.

Domine quid multiplicati sunt,qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad dominũ clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circundantis me: exurge domine saluum me fac Deus meus.

Quoniam tu percusisti omnes aduersantes mihi sine causa; dentes peccatorum contriuisti.

Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua. Gloria &c.

Ad dominum clamauit: & exaudiuit eum de monte sancto suo.

In lege domini fuit volũtas eius.

Die, ac nocte.

De libro Sapientiae.

IVstus, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit: senectus enim venerabi-

nerabilis eſt non diuturna, neq. annorum numero cõputata. Cani autẽ ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis vita immaculata. Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores, trãſlatus eſt. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia: conſummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Tu autem domine miſere noſtri. Reſp. Deo gratias.

Reſp. A puerilibus annis, Franciſcus in Dei timore educatus: futuræ ſanctitudinis ſpecimẽ præbens. Aſsiduis vigilijs, & ieiunijs corpuſculum macerabat.

Vers. Puer autem Samuel, proficiebat atque creſcebat, & placebat tam Deo, quàm hominibus. Aſſiduis vigilijs, & ieiunijs corpuſculum macerabat.

Lectio. non

POpuli autem videntes, & non intelligentes, neç ponentes in præcordijs talia, quoniam gratia Dei, & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Condemnat autem iustus mortuus, viuos impios: & iuuentus celeriùs consummata, longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus: & quare munierit illum Dominus. Videbunt enim, & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit: & erunt post hæc decidentes sine honore, et in contumelia, inter mortuos in perpetuum: quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, et commouebit illos à fundamentis, et vsq. ad supremum desolabuntur. Tu autem domine.

Resp. Pueritiam prçclaris moribus per transiens, Dei templa assiduis orationibus frequentabat. Et Dei verbum magno affectu audiebat. Vers. Hæc, et his similia secundum legem Dei puerulus obser-

obſeruabat. Et Dei verbum magno affectu audiebat.

Lectio iij.

ERunt gementes, & memoria illorum periet: venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, et traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, et qui abſtulerunt labores eorum. Videntes autem turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis: dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, et præanguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, et in ſimilitudinem improperij: nos inſenſati, vitam illorum æſtimabamus inſaniam, et finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, et inter ſanctos ſors illorum eſt. Tu autem.

Conuerſationem hominum, quæ ſæpè animam lædit adoleſcens factus deſerere conſtituens. Relictis parenti-

bus, clam eremum petijt.

Vers. Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit: quia leuabit se super se. Relictis. Vers. Gloria Patri. &c. Relictis parentibus, &c.

In tertio Nocturno Antiph.

Mirificauit Dominus sanctum suum, & exaudiuit eum.

Psalmus. 4.

CVM inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, & exaudi orationẽ meã.

Filij hominum vsquèquo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.

Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & spe-

rate

rate in domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini & olei sui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiam, & requiescam.

Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me. Gloria &c.

Añā. Mirificauit dñs sanctum suum, et exaudiuit eum. Introiuit in domum tuam dñe: adorauit ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Ps. 5.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, et videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Nequè habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eos eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis, dolosè agebant iudica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te: in

ætet.

æternum exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuę: coronaſti nos.
Antiphona. Introiuit in domum tuam domine: adorauit ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Ant. Videt cælos tuos domine, opera digitorum tuorum, Lunam, & Stellas, quæ tu fundaſti.
6.
DOmine Dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra?
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cœlos.
Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum, & vltorem.
Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum: Lunam, & Stellas quę tu fundaſti.
Quid

Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eũ?

Minuisti eum paulominus ab Angelis: gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius: oues et boues vniuersas: insuper et pecora campi.

Volucres cœli, et pisces maris: qui perambulant semitas maris.

Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?

Antiphona. Videt cœlos tuos domine, opera digitorum tuorum, Lunam, et Stellas, quæ tu fundasti. Vers. Lætentur omnes, qui sperant in te domine. Resp. In æternum exultabunt: et habitabis in eis.

Lectio iiij.

CVm semper, & vbique diuina benignitas hominibus præstò esse solet: tum cælestis beneficentiæ largitas in nos effundi maximè videtur, cum summus rerum opifex, & moderator èo maiestatis suæ culmen immensum inclinat vt iuxta Psalmographum, inopem de terra suscitet: & de stercore subleuat pauperem, cum principibus populi sui collocet. Quam multi fuere superioribus sæculis: quos alioquin obscuros, & omni terrenæ gloriæ splendore destitutos, sic æternum diuinæ gratiæ lumen illustrauit; vt, & præcipuam in terris venerationem mererentur; & pretiosissimam in cælo sanctitatis coronam consequerentur. Tu autem domine. Resp. Diuini amoris calore accēsus: Delitias huius sæculi, tanquam virus serpentium exhorrebat. Vers. Quicunque voluerit amicus esse sæculi huius inimicus Dei constituetur: Delitias.

Lect.

In festo sancti
Lectio.

NOn est huius tanti muneris ætas nostra penitus expers. Respexit nos ex excelso sancto suo Dominus: & in tenebras (quibus cæca mortalitas inuoluitur) quasi nouæ lucis radios beatum Franciscum de Paula nuper emisit. Is in oppido Calabriæ, cui Paulæ nomen, infimo loco natus, iam inde statim ab infantia, futuræ probitatis specimen dedit. Elucescebant in tenellis annis igniculi quidam: ex quibus erupturam esse ingentis virtutis flammam appareret. Tu autem domine. Resp. Vigilijs, continuisq. ieiunijs attritus: Nunquám à laboribus cessabat: nisi cùm orationi, diuinisq. rebus intendebat. Vers. In labore, & fatigatione, nocte ac die, operantes ne quenquam grauemus. Nunquam à laboribus.

Lectio. 6.

VIx tertiumdecimum attigerat ætatis annum, cum ducēte sancto Spiritu secessit in eremum. Ibi prima diui-

næ

næ militiæ ſtipendia fecit:& ad nonum decimum vſq. Tyrocinij rudimenta poſuit. Mox quia ſupremus Imperator tã egregium militem, ducẽdis ordinibus in Eccleſia deſtinarat, relicta ſolitudine, fratres in cœnobium recepit. Sed quò magis ætas procedebat, amplioribus etiam incrementis ſanctitas proficiebat. Tu autem. Reſp. Cùm longe, lateq. eius fama diffunderetur, multi ad eum imitandum conuenerunt: quibus (Etſi mundanarum literarum ignarus eſſet) diuino tamen afflatus ſpiritu, regulam dedit, quæ totius religionis perfectionem cõplectitur. Verſ. Quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus; vt confundat fortia. Et ſi mundanarum. Gloria Patri. Et ſi mundanarum.

In tertio Nocturno. Aña.

Locutus eſt veritatem in corde ſuo: nõ egit dolum in lingua ſua.

Pſalmus. 14.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte

monte sancto suo?

Qui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malũ: et opprobriũ nõ accepit aduers⁹ proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, et non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: et munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc: non commouebitur in æternum. Gloria Patri etc.

Aña. Locutus est veritatem in corde suo: non egit dolum in lingua sua.

Aña. Dabis eum dñe in benedictionẽ, in sæculum sæculi: lætificabis eum in gaudio, cum vultu tuo. Psal. 20.

DOmine in virtute tua lætabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer.

Deside-

Desiderium cordis eius tribuisti ei : et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eũ.

Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis : posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Vitam petijt à te : et tribuisti ei longitudinem dierum in sęculum, et in sæculum sæculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.

Quoniã dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi : lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in dño:& in misericordia altissimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis : dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes : & semen eorum á filijs hominum.

Quo-

no:& misericordiam à Deo salutari suo.
Hęc est generatio quęrentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.
Attollite portas principes vestras: & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex glorię.
Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.
Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex glorię.
Quis est iste Rex gloriæ? dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.
Antiphona. Innocens manibus, & mũda corde, qui non accepit in vanum animam suam.
Vers. Desiderium cordis eius, tribuisti ei domine. Respon. Et voluntate labiorum eius, non fraudasti eum.
Oratio S. Francisci confessoris. Lucam. Luc. 7.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vo-

VEndite quę poſsidetis,& date eleemoſynam. Nolite (inquit) timere, ne propter regnum Dei, militantibus huius vitæ neceſſaria deſint: quia etiam poſſeſſa propter eleemoſynam vendite: quod tunc dignè fit, quando quis ſemel pro Domino, ſuis omnibus ſpretis; nihilominus poſt hæc labore manuum, vnde nec victum tranſigere, & eleemoſynam dare queat; operatur. Vndè gloriatur Apoſtolus dicens: Argentum, aut aurum, aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis: quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis: quoniã ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos. Tu autem. Dum obitus ſui diem adeſſe cognoſceret B. Franciſcus; vocatos ad ſe fratres, ad mutuã charitatem hortatus: quem ſibi ſucceſſorẽ deligerent, nominauit: quouſq. generalis fratrum conuentus Romæ celebraretur. Sicque migrauit ad Dñm.

Vers. Cum moriturus esset Moyses, vocauit Iosue, & dixit ei corã omni Israel. Confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in terram, quã Dominus se daturum promisit. Sicque. Gloria Patri. Sicque.

Lectio 9.

FAcite vobis sacculos, qui non veterascunt, eleemosynas videlicet operando, quarum merces in æternum maneat. Vbi non hoc præceptum esse putandum est, vt nihil pecuniæ reseruetur à sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum vsibus suggerãtur (cùm ipse Dominus, cui ministrabant angeli, tamen ad informandam Ecclesiam loculos habuisse legatur, & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, alijsq. indigẽtibus tribuens) sed ne Deo propter ista seruiatur, & ob inopiæ timorem iustitia deseratur. Tu autem. Te Deum.

eius [illegible] feriæ, vel Dominicæ.

Ad Laudes Aña.

MIrabilis in altis Dominus; in seruo suo Francisco. Psalm. Dominus regnauit, cum reliquis. Aña. Seruiuit Domino in lætitia, introiuit in cõspectu eius, in exultatione. Aña. Memor fuit tui Domine: super stratum suũ in matutinis meditabatur in te. Aña. Benedicite sancti, & humiles corde domino. Aña. Exaltauit Dominus mãsuetos in salutem.

Cap. & hymn. vt supra ad Vesp. Vers.

Respexisti Domine humilitatem meã.

Resp. Saluasti de necessitatibus animã meam.

Ad Bened. Aña.

In sanctitate, & iustitia Domino seruiuit Franciscus omnibus diebus vitæ suæ, ad dandam scientiam salutis plebi eius: ad dirigendos pedes eorum in viã pacis. Oratio vt supra in Vesperis.

Ad Primam. Antiphona. [illegible]

x omni tribulatione eripuisti me, & inimicos meos despexit oculus me⁹.

edisti ei intellectum Domine, & scrutatus est legem tuam : & custodiuit eam in toto corde suo.

Ilectus Deo. Ambulabã, in latitudine. Quia mandata tua exquisiui. In latitud. Gloria Patri. Ambulabam. Loquebar de testimonijs tuis, in conspectu regum. Et non confundebar.

ilexit Domine mandata tua, super aurum, & topazion: & omnem viam iniquam odio habuit.

Lorificauit eum in conspectu regum. & vnxit illum coram populo suo: & ostendit illi gloriam suam.
Loquebar de testimonijs tuis. In conspectu regum.
Et non confundebar. In conspec-

tu. Gloria Patri & Filio etc. Loquebar

Lucerna pedibus.

Ad Nonam. Aña.

Appropinquat deprecatio eius, in conspectu tuo Domine : viuet anima eius, & laudabit te.

Capitulum.

IN fide, & lenitate ipsius, sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipsius, & induxit illum in nube, & dedit illi cor ac præcepta, & legem vitæ, et disciplinæ.

Resp. br. Lucerna pedibus meis Verbum tuum. Et lumē semitis meis. Verbum. Gloria Patri. Lucerna. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Et intellectum dat paruulis.

In secundis Vesperis omnia dicuntur, vt in primis, præter ad Magnificat. Antiphona.

O felix dies, et iucunda, qua Franciscus de Paula, peracto huius vitæ cursu, depositis senilib⁹ mēbris, ab ima lachrymarū valle, in sublimē aulam, et de via,

in patriam receptus est. Gaudeat fratrum Minimorum conuentus,& magnificet anima nostra Dominum: quia fecit magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

Cap. 6.

Pes impij, tanquam lanugo, quæ á vento tollitur, tanquam spuma gracilis, quæ à vento dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud altissimum. Ideò accipiunt regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, & in brachio suo defendet illos,& accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum: induet pro thorace iustitiam, &

acci-

accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatis:acuet autem diram iram in lanceā, & pugnabit cum illo orbis terrarum cō tra inſenſatos. Tu autem. A puerilibus.

Bunt directè emiſſiones fulgurum,& tanquàm à bene curuato arcu nubiū exterminabuntur,& ad certum locum inſilient : & à petroſa ira plenè mittentur grandines,exardeſcet in illos aqua maris , & flumina concurrent duriter: contra illos ſtabit ſpiritus virtutis , & tanquam turbo venti diuidet illos , & ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum,& malignitas euertet ſedes potentium. Melior eſt ſapientia,quàm vires , & vir prudens magis, quàm fortis. Audite ergo Reges,& intelligite : diſcite iudices finium terræ: præbete aures vos,qui continetis multitudines , & placetis vobis in turbis nationum:quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis , & virtus ab altiſſimo,

qui

qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Tu autem. Pueritiam.

Via cùm eſſetis miniſtri regni illius, non directè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, nequè ſecundū voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendè, & citò apparebit vobis: quoniam iudicium duriſſimum in his, qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonā cuiuſquā Deus, qui eſt omnium dominator: nec verebitur magnitudinē cuiuſquam: quoniam puſillum, & magnū ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Fortioribus autē fortior inſtat cruciatio. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapiētia, & ne excidatis. Tu autem. Conuerſationem.

Iam non solum celebre nomen eius erat apud Calabros: verum (quod imprimis mirum videri debet) hominis mendici, & in exstremo Italiæ angulo propemodum delitescentis, ad Ludouicum vndecimum Gallorum Regem fama penetrauit. Qui cum incredibili tam viri rari desiderio teneretur, eum multis pollicitationibus solicitatum, in Galliam ad se pellicere studuit. At vbi nihil animum totius mundi contemptorem mouit regiæ magnificentiæ magnitudo, confugit demum Ludouicus ad Apostolicæ Sanctitatis authoritatem: & ita factum est, vt beatus Franciscus de Paula, Sixti tunc maximi Pontificis iussu (cui non paruisse nefas putabat) ad Regem profectus fuerit: apud quem summo fuit in honore. Tu autem. Diuini amoris.

Admirabatur rex ille cælestem hominis in terris vitam: & animum

corpore

corpore conclusum, omnia corporis desideria vincere. Quin eius præsentiam, certissimum sibi, rebusq. suis præsidiũ, & in expugnabile totius regni munimentum existimabat. Et id rectè quidẽ. Quid enim ad placandum Deum, & ad vertendas imminentes calamitates, & procellas, innocentium precibus efficacius? Tu autem. ℟. Vigilijs.

Lectio 6.

TVrones, vrbem Galliæ longè nobilissimam delegit: vbi primum in illis regionibus sedem figeret. Breui coaluit semen sanctissimæ vitæ: quod in agro Domini sparsit, & vbères fructus longè, latèq. diffusum & propagatum, edidit. Non solum in omnibus fere Galliæ partibus, sed in Hispania, Germaniaque permulta construxit monasteria: quibus nec religiosorum frequẽtia, nec operis magnificentia deest. Taceo ea, quæ prius ante profectionem in Galliam, in Calabria, iuuenis admodũ ædificauerat. Tu autem. ℟. Cum lõge.

De

De Homilia [illegible] Bedae Presbyteri

Lectio 7.

THesaurũ non deficientem, quò fur non appropiat, nequè tinea corrũpit Siue simpliciter accipiendum, quod pecunia seruata deficiat, vel videlicet, à fure thesauris erepta: vel in thesauris ipsa sui fragilitate fœdata: data autem pro Christo perennem misericordiæ fructum conferat in cęlis. Seu certe ita intelligendũ, quòd thesaurus boni operis, si commodi terrestris occasione cõdatur, facilè corruptus intereat. At si cęlesti solum intentione congeratur: non exterius hominum fauore: non intus inanis gloriæ valeat labe maculari. Tu autem. Resp. Vt omnipotens.

Lectio 8.

FVr enim de foris rapit, tinea scindit interius. Fur tulit diuitias eorum: de quibus Dominus ait. Receperunt mercedem suam. Tinea corrumpit vestes eorum: quos Psalmista redarguens, ait: Quoniam Deus dissipauit ossa homi-

num ſibi placentium. Oſſa enim virtutum robur appellat. Tu. ℟. Dñ obitus.

Lectio 9. Quando non occurrit homilia propria, pro [illegible] alicuius festi simplicis. [illegible]

Sint lumbi veſtri præcincti: & lucernæ ardentes in manibus veſtris: & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum. Quia multos oſtenderat, vel in totum ſeculo ſubditos, vel ſecularis intuitu commodi, Domino ſeruientes: pulchre, breuiterq. ſuos docet, & lumbos præcingere propter continentiam ab amore rerum ſecularium: & lucernas ardentes habere: vt hoc ipſum vero fine, & recta intentione faciãt Tu autem. Respon. [illegible]

Pro 5. die. De libro Sapientiæ. Quando non leguntur lectiones de Scriptura occurrente tempore Paſchali [illegible]

Lectio 1.

Qvi cuſtodierint iuſtitiam, iuſtè iudicabũtur: & qui didicerint iuſta, inuenient quid reſpondeant. Concupiſcite

cite ergo ſermones meos, & diligite il los,& habebitis diſciplinam. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia, & facilè videtur ab ijs,qui diligũt eam, & inuenitur ab ijs, qui quærunt illam. Præoccupat,qui ſe concupiſcunt,vt illis ſe prior oſtendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: & illam foribus ſuis inueniet. Cogitare ergo de illa,ſenſus eſt conſummatus: & qui vigilauerit propter illam; citò erit ſecurus. Quoniam dignos ſe circuit ipſa quærens,et in vijs ſuis oſtendet ſe illis hilariter; et in omni prouidentia occurret illis. Tu autem. A puerilibus.

Nitium enim illius, veriſſima eſt diſciplinæ cõcupiſcentia. Cura ergo diſciplinæ dilectio eſt:et dilectio, cuſtodia legũ illius eſt:cuſtoditio autẽ legum,cõſummatio incorruptionis eſt:incorruptio autem facit eſſe proximũ Deo. Concupiſcentia itaq. ſapientiæ deducit ad regnum perpetuũ.Si ergo delectamini

ſedibus

regnũ perpetuum. Si ergo delectamini ſedibus, & ſceptris ,ò Reges populi,diligite ſapientiam,vt in berpetuum regnetis.Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui præeſtis populis. Tu autem. Pueritiam.

Quid eſt autem ſapientia,& quemadmodum facta ſit,referam: & non abſcondam à vobis ſacramenta Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo; & ponam in lucem ſcientiam illius,& non præteribo veritatem, neque cum inuidia tabeſcente, iter habebo; quoniam talis homo non erit particeps ſapiẽtiæ. Multitudo autem ſapientium, ſanitas eſt orbis terrarum,& Rex ſapiens,populi ſtabilimentum eſt.Ergo accipite diſciplinam,per ſermones meos, & proderit vobis. Sum quidem & ego mortalis homo,ſimilis omnibus;& ex genere terreno illius,qui prior factus eſt. Tu autem. Conuerſationem.

Ex

ILlud verò quem non agat in ſtuporẽ, quòd rudis homũculus, nulla prorſus literarum cognitionè; rerum omnium egentiſſimus, tantum potuerit, vt in exteras nationes lingua, moribuſque diſſonas, nouam religionem tam facilè fundauerit: & auctã intra paucos annos, ad maximę celebritatis faſtigium euexerit; præſertim, cùm nulla ſit nec arctior, nec, durior: vt incredibile videatur inueniri, vel paucos potuiſſe, quos, abſciſſa nimis ſeueritate, non deterreret. His, qui nomen in eam dederint, cibis omnibus (præter quadrageſimales) interdicitur. Tu autem. Diuini amoris.

IN reliquis etiam omnibus, viuendi normam leges conſimili rigore conſtringunt. Nec in indumentis, orationibus, ieiunijs, ac varijs corporis macerationibus quicquam (niſi fortè ſupra na-

turæ mortalis tolerātiam, reperies. Nouerat huius professionis, et disciplinæ princeps, et author, diligentibus Deum, nec animæ, nec corporis vires ad extrema quæque patienda deesse, sed humanam imbecillitatem (sicubi fortassis laborat) diuinę potentiæ præsidio confirmari. Nec id alieno magis præceperat exemplo: quàm depręhenderat experimento. Tu autem. Vigilijs.

Nstituebant eius mensam (vt hinc aliquid de vita hominis, et moribus particulatim scribendi sumam exordium) panis, & aqua: inde poccula: inde epulæ. Quòd si corpusculum, necessarijs alimentis fraudatum deficeret; ad olera, aut legumina descēdebat. Vini modicum etiā interdum adhibebatur: hac refocillatione reintegrabatur membrorum vigor exhaustus. Cibum semel tantum in die capiebat: & eum sub noctis tempore. Tu autem. Cùm longe.

Lect.

Liter lumbos pręcingamus, cum carnis luxuriam, per cōtinentiam coarctamus. Lucernas autem ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera, proximis noſtris exempla monſtramus. Redemptori etenim noſtro, vnum ſine altero placere nequaquàm poteſt. Si aut is, qui bona agit, ad huc luxuriæ inquinamenta non deſerit: aut is, qui caſtitate præminet, necdum ſe per bona opera exercet. Tu autem. Vt omnipotens.

Ed & ſi vtrunque agitur, reſtat, vt quis ille ſit; ad ſupernam patriam tendat, & nequaquam ſe à vitijs, mundi huius honeſtate contineat: ſeu totam ſpem, in redemptoris ſui aduentu conſtituat. Vnde & protinus ſubdit. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dñm ſuũ, quando reuertatur à nuptijs. Ad nuptias quippe Dñs abijt, quia reſurgens à mortuis, aſcendens in cęlum, ſupernã ſibi angelorũ multitudinẽ, nouus homo copulauit.

Qui tunc reuertitur, cùm nobis iam per iudicium manifestatur. Tu autem. Resp.

Dum obitus. Lectio. 9. Quando non occurrit homilia propria, vel lectio alicuius festi simplicis.

VT cùm venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Venit quippe, cùm ad iudicium properat: pulsat verò, cùm iam per ægritudinis molestias, esse mortem vicinam designat. Cui cõfestim aperimus: si tũc eum amore suscipimus. Aperire etenim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat: & videre eum, quem contempsisse, se meminit, iudicem formidat. Tu autem.

Pro 4. lec. De dono Sapientiæ. Quando non leguntur lectiones de scriptura occurrente, tempore Paschali. Lectio j.

OPtaui, & datus est mihi sensus: inuocaui, & venit in me spiritus Sapientiæ: Et præposui illam regnis, & sedibus: & diuitias nihil esse duxi, in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem pretio-

pretiosum:quoniam omne aurum,in cõparatione illius, arena est exigua:& tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem, & speciem dilexi eam,& proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabili honestas per manus illius. Tu autem.

A puerilibus.

T lætatus sum in omnibus,quoniam antecedebat me ista sapiẽtia,& ignorabam, quoniam horum omnium mater est: Quam sine fictione didici,& sine inuidia communico; & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus hominibus est,quo,qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona cõmendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia,& præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientiũ emendator. In manu enim illius, & nos,

& sermones nostri,& omnis sapientia, & operum scientiæ disciplina. Tu autem.

Pueritiam.

IPse enim dedit mihi horum,quæ sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionem orbis terrarum,& virtutes elementorum,initium,& consummationem, & medietatem temporum, vicissitudinum mutationes, & consummationes temporum, & morum mutationes; diuisiones temporum, anni cursus,& stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum,vim ventorum, & cogitationes hominum,differentias virgultorum, & virtutes radicum, & quæcunq. sunt absconsa, & improuisa didici. Omnium enim artifex docuit me sapiētia:Est enim in illa spiritus intelligentiæ,sanctus, vnicus, multiplex,subtilis,disert⁹, mobilis, incoinquinatus,certus,suauis,amans bonū,acutus,qui nihil vetat benefacere,humanus,benignus,stabilis,certus,securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens,

ciens,& qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mũdus, subtilis. Tu autem.

Conuersationem.

NOn desunt, qui affirment, dum contemplationi totus intendit, sæpe biduum, vel triduum inediam pertulisse: quam rem ex eo coniectant: quia cibus à fratribus ministrantibus, in cellam illatus, per totidem dies intactus conspiceretur. Pedes, nullis, nec æstate, nec hyeme, muniebantur calciamentis: sed nudi ferebantur inter rigentes niues, per feruẽtem puluerem, per fœdum lutum, per asperos lapides: per aculcatos vepres: illæsi tamen semper, vt nec frigus congelaret, nec æstas adureret, nec cœnum inquinaret, nec calculi prẹmerent, nec sentes ferirent. Mandauerat enim Dominus Angelis suis, vt custodirent eum in omnibus vijs suis. Tu autem. Diuini amoris.

Eſtis erat id genus vt nec ad leuan-
dos calores, neç ad defendendos al-
gores, ſed ad vnam tantùm corporis nu-
ditatem comparāda foret: vilis, & obſciſ-
ſa, & vnica: cuius vſum finiebat diſſoluta
nimis longo vſu textura. Reliquit veſtem
vnam (imò veriùs, fragmenta veſtis quæ-
dam) & reliquias fratribus in monaſte-
rio , quod iuxta Paulam extruxerat. Ea
maxima eſt apud populos illos in venear
tiòne quòd inde ſolo contactu, diuini nu
minis præſentia votis reſpondeat. Tu
autem. Vigilijs.

Vnc operæ pretium eſt attendere, in
quam duram ſeruitutem corpus re-
degerit: alios, quos diurnus labor fatiga-
uerit, nocturna quies excipit: vt inde re-
creentur. At, quæ tādem quies huic erat?
In eremo præbuit cubilis vicem, nudum
ſolum. In cœnobio dum apud Calabros
ageret artus feſsi tabulæ comitebantur.
In Gallijs, ſtrato ex ſarmentis vſus eſt. Ita
cùm quietem petebat, tunc etiam gra-
uiſsimę

uiſsimè corpus affligebat. Tu autem.
Cùm longè.

Vi autem de ſua ſpe, & operatione ſecurus eſt, pulſanti confeſtim aperit: quia lætus iudicem ſuſtinet: & cùm tempus propinquæ mortis agnouerit, de gloria retributionis hilareſcit. Vnde, & protinus ſubditur. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Vigilat qui ad aſpectum veri luminis, mentis oculos apertos tenet. Vigilat, qui à ſe torporis, & negligentiæ tenebras repellit. Tu autem. Vt omnipotens.

Inc etenim Paulus dicit: Euigilate iuſti, & nolite peccare. Hinc rurſus ait. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Sed veniens Dominus, quid vigilantibus ſeruis exhibeat, audiamus. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Præcingit ſe, id eſt ad retributionẽ præparat

præparat:facit illos diſcumbere, id eſt,in æterna requie refoueri. Tu autem.

Reſp. Dum obitus.

Lectio, 9. Quando non occurrit homilia propria, vel lectio alicuius feſti ſimplicis.

DIſcumbere quippe noſtrum, in regno quieſcere eſt. Vnde rurſus Dominus dicit. Venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Tranſiens autẽ Dominus miniſtrat: quia lucis ſuæ illuſtratione nos ſatiat. Tranſit verò, dictum eſt de iudicio ad regnum redit. Vel certè Dominus nobis poſt iudicium tranſit: quia ab humanitatis forma, in diuinitatis ſuæ cõtẽplationẽ nos eleuat. Tu au.

Pro 9. die. De libro Sapientiæ. Quando non leguntur lectiones de ſcriptura occurrente, tempore Paſchali.

Lectio. 1.

OMnibus mobilibus mobilior eſt Sapientia: attingit autem vbiq. propter ſuam munditiam. Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt clari-

tatis omnipotentis Dei ſincera: & ideò nihil inquinatum in eam incurrit. Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius: & cũ ſit vna, omnia poteſt: & permanens in ſe, omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert. Amicos Dei, & prophetas conſtituit. Neminem enim diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat Tu autem. A puerilibus.

[E]St enim hæc ſpecioſior ſole: & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum: luci comparata, inuenitur prior. Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia. Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Hanc amaui, & exquiſiui à iuuẽtute mea, & quæſiui in ſponſam mihi eã aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Generoſitatẽ illi⁹ glorificat cõtuberniũ habẽs Dei, ſed & omniũ Dñs dilexit illã. Doctrix enĩ eſt diſciplinę Dei, & electrix

operum.

rum illius. Et si diuitiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? Tu autem. Pueritiam.

Si autem sensus operatur, quis horum, quæ sunt, magis, quàm illa est artifex? Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatem enim, & prudentiam docet: & iustitiam, & virtutem quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Etsi multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat: scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum, signa, & monstra scit ante quàm fiant, & euentus temporum, & sæculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum, sciens, quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis: & tædij mei. Tu autem. Conuersationem.

Vllas horas, ſine fructu præterflue-
re; nihil tẽporis, vel momentum qui
dem, fruſtra perire paſſus eſt. Nunquam
vlla ceſſatione ſe remiſit eius virtus: in-
tentus ſemper erat animus. Deinde ope-
ratis ſacris, re diuina per ſacerdotem fac
ta non nunquàm hymnis omnibus (quos
diſtinctis horis Eccleſia Deo canit) audi-
tis, in cellulam ſe recipiebat. Tu autem.
Diuini amoris.

IBi preces iterum repetebantur. Ibi tã
tus eum contemplationis incendebat
ardor, vt frequens, & conſtans opinio ſit,
eum ad cœleſtia ſpiritu rapi perſæpè fuiſ-
ſe ſolitum. Cùm & angelorum choros
cęlitus ad eum deſcendiſſe ferunt. Argu-
mento ſunt pſallentium in cellula con-
centus auditi. Nec aliud in cauſa fuiſſe
crediderim, quòd Carolum olim octauũ
Gallorum Regem non admiſerit: cùm
alioquin ad oſtium inſtarent miniſtri, Re
gem adeſſe nunciantes: niſi quòd terre-
num

nerit, beati sunt serui illi. Prima vigilia, primum tempus est, id est, pueritia. Secũda adolescentia, vel iuuentus: quæ, authoritate sacri eloquij, vnum sunt, dicentis. Lætare iuuenis in adolescentia tua. Tertia autem, senectus accipitur. Tu autem. Respon. Vt omnipotens.

Lectio 8.

QVi ergo vigilare in prima vigilia noluit, custodiat saltem secundam: vt, qui conuerti à prauitatibus suis in pueritia neglexit: ad vias vitæ saltem in tempore iuuentutis euigilet. Et qui vigilare in secunda vigilia noluit, tertiæ vigiliæ remedia non amittat: vt, qui in iuuentute ad vias vitæ non euigilat, saltem in senectute resipiscat. Tu autem. Respon: Dum obitus.

Lectio. 9. Quando non occurrit homilia propria, vel lectio alicuius festi simplicis.

AD excutiendam verò mentis nostræ desidiam, etiam exteriora damna, per similitudinem deducuntur: vt, per hoc

hoc animus ad ſui cuſtodiam ſuſcitetur. Nam dicitur:Hoc autem ſcitote,quoniã ſi ſciret pater familias,qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam.Ex qua præmiſſa ſimilitudine, etiam exhortatio ſubinfertur, cûm dicitur: Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Tu autem.

Abebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores. Iuuenis,et acutus inueniat in iudicio,et in cõſpectu potentium, admirabilis ero; et facies principum mirabuntur me. Tacentem me ſuſtinebunt, et loquẽtem me reſpicient, et ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent.Præterea habebo per hanc, immortalitatem, et memoriam ęternam,ijs qui poſt me futuri ſunt, relinquam.Diſponam populos, et nationes mihi erunt ſubditæ. Timebunt me

audientes

audientes reges horrendi, & in multitudine bonus videbor,& in bello fortis. Tu autem. Resp. A puerilibus.

INtrans in domum meam conquiescam cum illa. Nõ enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam,& gaudium. Hæc cogitans, apud me, & commemorans in corde meo: quoniam immortalis est in cogitatione sapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum, illius honestas sine defectione; & in certamine loquelæ illius sapientia: & pręclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, vt mihi illam assumerem. Puer autem eram ingeniosus: & sortitus sum animam bonam. Tu autem. Resp. Pueritiam.

Lectio 5.

ET cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum, & vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum; adij Dominum, & deqrecatus sum illum, & dixi ex

totis præcordijs meis. Deus patrum meorum, & Dñe misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta est, vt disponat orbem terrarum in æquitate, & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet: da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis, quoniam seruus tuus sum ego, et filius ancillæ tuæ, homo infirmus, et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicij, et legum: et si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illo sapientia tua, in nihilum reputabitur. Tu autem. Conuersationem.

R. 6.

Ex processu canonizationis S. Francisci à Paula. De munditia corporis. Lect. 6.

ILlud nequaquã hoc loco prætereũdũ videtur, quòd licet vnica veste tantũ (vt supra diximus) vteretur, & in ardẽtissimis caloribus, sese varijs laboribus exerceret: nihil in eo tamen olidi, nihil immundi fuit vnquam animaduersum: imò nitorem illuuies illa, et odoris suauitatem neglectus

corpo-

corporis cultus præſeferebat:cum ad eum ornandum,virtutum omnium cœtus. veluti quadam conſpiratione conueniſſet. Tu autem. Reſp. Diuini amoris.

Lectio 5.

EMinebant inter cæteras, humilitas, et patientia: ſummus erat ſuæ religionis antiſtes, quē generalem vocāt.Et cū tanto magiſterio fungeretur,ad infima tamen ſe ſe viliſsimis quibuſq; miniſterijs abijciebat Ampliſsimam dignitatem ratus,ſi diligētiſſimè commodis aliorum inſeruiret.Patientia fuit inuicta, quam non voluptatum illecebræ labefactare, non grauis ſenectus de gradu eijcere,non peregrinatio concutere, non aduerſa valetudo expugnare potuerit. Tu autem. Reſp. Vigilijs.

Lectio 6.

IDem ſemper fuit,eodē vitæ tenore,ſemper ſibi conſtitit.Sed qui tam ſeueram in ſeipſum ageret cenſuram,vt inexorabilem (etiam vbi efflagitabit aliquid ſubſtentaculi corporis neceſſitas) ſe præberet, reliquos incredibili benignitate complecte-

batur, & fouebat. Religiosos suos errantes interdum (vt humanæ conditionis fert fragilitas) sic castigauit; vt à paterna charitate, clementiaque non abesset castigatio. Tu autem. Cùm longe.

Lec. 7.

DOminicus sermo, quem debemus oēs, non solum studiosè, verum etiam sapiēter audire : cui nos oportet humiliter, ac delectabiliter obedire : moderationis suæ tenens vbiq. temperiem: vt nec ouibus desint pabula, nec pastoribus alimēta; quædā specialiter nobis præcepit: quædā verò generaliter, & nobis, & vobis. Nobis namq; (id est seruis, quos pater ille familias, rerū omnium Dn̄s, ad hoc in magna sua domo constituit, vt populo eius verbum gratiæ ministremus) specialiter iniungitur sanctæ prędicationis officium: generaliter verò, & nobis, & vobis, salutaris indicitur obediētia mandatorum. Tu autem. Vt omnipotens.

Lectio 8.

IN quibus

IN quibus denuo mandatis:tanquã ditiſſimis ferculis, ſic cæleſtium delitiarum copia ſpiritualis exuberat:vt in verbo Dei abundet, quòd perfectus comedat, abundet etiam,quòd paruulus ſugat: ibi eſt enim ſimul,& lactẽs potus, quo tenera fidelium nutriatur infantia: & ſolidus cibus, quo robuſta perfectorum iuuentus, ſpiritualia ſanctę virtutis accipiat incrementa. Ibi prorſus ad ſalutem conſulitur vniuerſis, quos Dñs ſaluare dignatur.Ibi eſt quod omni ætati congruat·ibi quod omni profeſſioni cõueniat.Tu autem. **Dñ obitus.**

IBi audiuimus præcepta, quæ faciamº:ibi cognoſcimus præmia,quæ ſperemus. Ibi eſt iuſsio,quæ nos per literam docet, & inſtruat ad ſcientiã.Ibi promiſsio,quę per graciã trahat,& perducat ad gloriã.Seruorũ igitur,quos populo ſuo prępoſuit Dñs,ſpeciale officiũ demõſtrare volẽs, ait quod ex Euãgelio audiuimus.Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens,quem conſtituit Dñs ſuper fami

liam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Tu autem.

[illegible] libri Sapientiae (quando [illegible] lectiones de scriptura occurrent [illegible] tempore Paschali. Lectio. I.

TV autem elegisti me regẽ populo tuo, & iudicẽ filiorum tuorum, & filiarum. Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod pręparasti ab initio, & tecum sapientia tua, quæ affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & sciebas quid esset placitum oculis tuis, & quod directum in præceptis tuis. Mitte illã de cælis sanctis tuis, & á sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret: vt sciam, quid acceptũ sit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit; & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me à sua potentia. Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei. Tu autem Domine miserere nostri.

Resp. A puerilibus.

Lect.

Lectio. 2.

QVis enim hominum, poterit ſcire con ſilium Dei? Aut quis cogitare poterit, quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ,& incertę prouidentiæ noſtræ. Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Et difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore. Quæ autẽ in cælis ſunt, quis inueſtigabit? Senſum autem tuum, quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam,& miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis.& ſi correctæ ſint ſemitæ eorum, qui ſunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines? Nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicunq. placuerunt tibi Domine à principio. Tu autem. Rꝛ. Pueritiam.

Lect. 3.

HÆC illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cũ ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit; & eduxit illum a delicto ſuo. Et eduxit illum de limo terræ: & dedit illi virtutem continendi omnia

Ab hac, vt recessit iniustus, in ira sua, per iram homicidij: fraternitas deperijt. Propter quòd, cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. Hæc & in consensu superbiæ cũ se nationes extulissent, sciuit iustum, & cõseruauit sine querela Deo, & in filijs misericordiam fortem custodiuit. Tu autem. Resp. Conuersationem.

Ex processu canonizationis S. Francisci de Paula. De patientia contra malignantium [illegible] Lectio 4.

NOn defuerũt obtrectatores, qui malignitatis suæ virus in eum funderẽt; & sanctissimã vitam, tanquam insaniam, aut simulationem impudenter, & nefariè criminarentur. Hos, sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, & sustinuit fortiter, & spreuit cõstanter. Multi posteà, qui linguas suas, tãquam gladios exacuerant, tãti sceleris pœnitentia ducti, palidoniam facere non erubuerunt: hominis innocentiam passim prædicantes, & delictum suum publicè confitentes. Tu autem.

E castitate verò, quid attinet dicere? Nã quis eum ad extremũ vsq. corpus incorruptũ:& mentem purã integritate virginali custodisse neget? Qui nõdum pubescẽs in solitudinem sese relegauerit:ne vlla prorsus mundi cõtagione pollueret: Et animam suam, tãquam hostiam immaculatã, á teneris Deo dicarit. An vllis illũ caro gestiẽs stimulis incitaret,in quo penè demortua languebat? An voluptas vlla titillatione,sensum emolliret,qui cõtra delitias oẽs diriguerat? Tu autem Vigilijs.

Xcudabat peruigil, & oculatissimus custos,& in statione semper habebat animum:ne qua vis irrumperet:aditus omnes (quibus mortaliũ infirmitas tentari potest) munierat aduersus impetum,& hostiles insidias. Quamuis autem frequentiam hominum refugeret,& cellulę solitudinem amaret,per quam in cælũ cõscendebat,& Deo coniungebatur:mira tñ humanitate patuit adeuntibus, quos varijs perturbationum morbis implicatos, varijs etiam (sicuti res

postu-

postulabat) medelarum curationibus prosequebatur. Tu autem. Cùm longè.

Rex boni pastoris, ipsa est familia redẽptoris. Dispensator verò quis sit, quem oportet esse fidelem, pariter & prudentem, Paulus nobis ostendit apostolus: qui de se, suisq. socijs loquens, ait. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur? Ne quis autem solos Apostolos dispen satores factos existimet: neglectoq. militiæ spiritualis officio, seruus piger, infideliter, imprudenterq. dormitet; ipse beatus Apostolus Episcopos quoq. dispensatores esse ostendens, ait. Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Serui ergo patris familias sumus, mensuram tritici, quam vobis erogemus, accipimus. Tu autem. Vt omnipotens.

Væ verò sit ista mensura tritici, si quæramus; ipsam nobis beatus Paulus ostdit,

tendit, dicens: Vnicuiq. sicut Deus diuisit mensuram fidei. Quam ergo mensuram Christus nuncupat, ipsam mensuram fidei Paulus appellat: vt cognoscamus non aliud esse spirituale triticum, quàm Christianæ fidei venerabile sacramentum. Huius tritici mensuram, verbis, in nomine Domini damus, quoties illuminati dono gratiæ spiritualis, secundùm regulam veræ fidei, dispēsamus, & eandem tritici mensuram, per Dominicos dispensatores accipitis: cùm quotidie per Dei famulos verbum veritatis auditis. Ad ipsam itaq. tritici mensurā pertinet, quod Dominus ait: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Tu autē.

Dum obitus.

Lectio. 9. Quando non occu. ix homilia propria, vel lectio alicuius festi simplicis.

Magnum bonum est charissimi fratres, valde congruum, valde cōmodum, & maximè Christianis omnibus appetēdum, vt vnusquisq. deficere non delectetur in pœnis: sed omnes proficere studeamus in melius. Arbores sumus, fratres, in agro

malitia, credant in te Dñe. Illos enim antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti, quoniam odibilia opera tibi faciebant p medicamina, et ſacrificia iniuſta et filiorum ſuorũ necatores ſine miſericordia, et comeſtores viſcerum hominum, et deuoratores ſanguinis à medio Sacramento tuo, et autores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluiſti per manus parentum noſtrorum: vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt terra. Tu autem.

A puerilibus.

SEd & his, tanquàm hominibus pepercisti, et miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent. Non quia impotens eras in bello, ſubijcere impios iuſtis, aut beſtijs ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare: ſed partibus iudicãs dabas locum pœnitentię, nõ ignorans, quoniam nequam eſt natio eorum, et naturalis malitia ipſorum, quoniam non poterat mutari cogitatio illorum, in perpetuum. Semẽ enim erat maledictum ab initio, nec timẽs aliquem,

aliquem, veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi, quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? Tu autem.

Pueritiam.

On enim est alius Deus, quàm tu, cui cura est de omnibus: vt ostendas, quoniam non iniuste iudicas iudicium. Neque rex, neq. tyrannus in conspectu tuo inquirent de ijs, quos perdidisti. Cùm ergo sis iustus, iustè omnia disponis: ipsum quoq. qui non debet puniri, condemnare exterum æstimas à tua virtute. Virtus enim tua, iustitiæ initium est: & ob hoc, quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horum, qui te nesciunt, audaciam traducis. Tu autem. Conuersationem.

Cumq.

Vmq. vitæ ſuæ finem iam proximũ diuina inſpiratione proſpiceret:idẽ beatus vir pridiè, quám dedeceret; quæ fuit dies Cęnæ Dñi,pluribus ex fratribus ſuis, qui ex varijs prouincijs, & regnis tunc ad eum venerant,aſtantibus in Miſſa conuentuali,poſt pœnitentiæ Sacramentum deuotè ſuſceptum;cum profundiſſima humilitate,vberrimaq. lacrymarum effuſione, pectus ſuum percutiendo, ſacroſanctum Euchariſtiæ viaticum, de manibus vnius ex ſui ordinis presbyteris, magna cum deuotione ſuſcepit. Tu autem. Diuini amoris.

Oſteà Dño noſtro Ieſu Chriſto, beatęq. Mariæ Virgini, et ſanctis omnibus,deuotè peractis gratiarũ actionibus, Miſſaq. huiuſmodi celebrata;ad cellam ſuam proprijs pedibus(licet præ ſenectute debilis,& infirmus baculo, quem more ſolito geſtabat, innixus redijt.Poſtero autem die,cùm idem beatus, fideliſq. Dei ſeruus, tempus inſtare videret, quo ſibi ex hac lacrymarum valle migrandum erat, dictos fratres

ſuos

ſuos ad ſe conuocari iuſſit, coſq. ad fraternam pacem, mutuamq. charitatem dulciſſimis verbis, ac ſalutaribus monitis charitatiuè exhortatus eſt. Tu autem. Vigilijs.

Llisq. henedictione, more ſolito imperti ta; cùm iam nonageſimũ primum, vel circa, annũ fęliciter impleuiſſet: anno á partu virgineo 1507. Aprilis verò die ſecũda (quæ tunc fuit paraſceue, dies Veneris ſanctæ nuncupata) circa horam, qua pro nobis Chriſtus paſſus eſt, ſigno ſanctæ crucis deuotè ſignatus: omnibuſq. Sacramentis eccleſiaſticis deuote cõmunitus: perlecta coram eo Dominica paſſione, iunctis manibus, erectiſq. in cælum oculis, S. Crucis triumphum piè amplectens, reuerenterq. oſculans, ac ſæpiùs: In manus tuas Dñe cõmendo ſpiritum meum; aliaſq. pias orationes deuotiſſimè repetens: dimiſſa huius carnis ſarcina, quaſi viuens abſq. aliquo doloris, aut mortis ſigno, migrauit ad Chriſtũ. Quem miraculis clarum Leo X. Pontifex Maximus, in ſanctorum numerum ſcripſit. Tu autem. Cum longè.

Tu autem. Resp. Cùm longè.

De Homilia sancti Fulgentij Episcopi.

Lectio. 7.

MVltùm metuenda est nobis, fratres, illa sententia cõminãtis, qua dicitur: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonũ, excidetur, et in ignem mittetur: quòd si sterilitas in ignem mittitur, rapacitas quid meretur? aut quid recipiet, qui alienum tulerit, si semper ardebit, qui de suo non dederit? & si iudicium, sine misericordia erit in illo, qui non fecerit misericordiam, quale iudicium erit ei, qui fecit & rapinã? Timeamus ergo fratres, timeamus actus nostros: obediens Christo, vendat quæ possidet, & eleemosynam det, vt de terra cor ad cœlum leuet, vt auaritiam calcet: vt ad perfectionis culmen, tota mentis intentione festinet: vt non sit solicitus, quæ sunt mũdi, sed quæ sunt Dñi, & mundum sibi crucifixum exhibeat, vt sit omnino pauper in sæculo, & diues in Christo. Resp. Vt omnipotens.

Lect. 8.

QVis ignoret boni huius magnitudinẽ?

F videmus

ſi adſit bona voluntas omnibus,facilè,ſi nō adſit ira:ſi ferueat charitas, cunctis debet eſſe communis:vt omnibus æterna fęlicitas.Qui ergo tantam virtutem acceperit à Dño,vt omnia,quæ in mundo ſunt, cæleſtis regni amore contemnat:quæ habet, vē dat, & egenis expendat. Qui verò tantæ virtutis nondum eſt, de his, quæ habet in quantum habet,eleemoſynam faciat. Tantum operetur bona voluntas,quātum ſuppetit facultas, perfectus poſſideat primum virtutis locum:imperfectus ſaltem perueniat ad ſecundum, efficiatur illo glorioſē dignus:ſit ipſe laudabiliter largus. Sit ille paupertatis ardentiſſimus amator: ſit iſte ſanctorum pauperum pijſſimus conſolator. Tu autem. Te Deum.

[illegible] ... coſtras.

¶ [illegible] quod quando[illegible] dici- [illegible] B. Mariæ in ſuffragijs [illegible] non ſit alia commemoratio, [illegible] ſuffragijs Apoſtolo-

¶ De S. Maria, Añt. ad Veſp. & ad Matut.

SAncta Maria, ſuccurrre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam ſanctã commemorationem.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

Reſp. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Oratio.

COncede nos famulos tuos quæſumus Dñe Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa B. Mariæ ſemper Virginis interceſsione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum.

¶ Nota quod ab octa. Epiphaniæ uſque ad Purificationem dicitur Verſ. Poſt partum virgo inuiolata permãſiſti. R. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oratio.

Deus

DEus, qui salutis æternæ Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quęsum⁹, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus authorem vitæ suscipere Dominum nostrum.

¶ De Apostolis, Ad Vesp. Aña. Petrus Apostolus & Paulus doctor gentiũ, ipsi nos docuerũt legem tuam Dñe. ℣. Constitues eos principes super omnem terram. Resp. Mę mores erũnt nominis tui Domine. Oratio.

DEus, cuius dextera beatum Petrũ ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & coapostolum eius Paulum tertiò naufragantẽ, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & cócede, vt amborũ meritis, æternitatis gloriam consequamur.

¶ Ad Matutinum, Aña. Gloriosi principes terræ, quomodo in vita sua dilexerunt se: ita & in morte non sunt separati. Vers. In omnem terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

De S. Francisco de Paula, ad vespe. Aña.

Mundi contemptor, & carnis domitor,

 de-

lam, quam mundus dare nō poteſt pacem: vt & corda noſtra mādatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tēpora ſint tua protectione tranquilla. Per Dominum.

In feſto Canonizationis ſancti Franciſci de Paula: quod celebratur à fratribus Minimis, quarta die Maij, ſecundum conceſſionem Gregorij 13. fit officium in modum duplicis. Dicuntur vero omnia, vt in feſto ipſius: exceptis quæ infra habentur.

Ad Magnificat. Verſ. Magnificauit eum in conſpectu regum, all. Reſp. Et oſtendit illi gloriam ſuam, alle. Ant. Mundi contemptor, & carnis domitor, deuictis hoſtibus, triumphat cum Angelis coronatus, allelu.

Oratio.

SEruitutis noſtræ tibi Dn̄e iura ſoluētes: quæſumus, vt beati Franciſci de Paula confeſſoris tui patrocinio ſuffragāte, in nobis tua dona multiplices: & ab omnib9 tuearis aduerſus. Per Dominum noſtrum.

Ad matutinum, tres pſalmi omnium trium nocturnorum dicuntur ſub vna antiphona, tempore Paſcali. Et tres lectiones primi nocturni leguntur de libro Sapientiæ, vt in die feſti. Iuſtus ſi morte.

Ex Bulla Canonizationis eiuſdem ſancti. Lectio. 4

BEatus Franciſcus ex Calabriæ prouincia, in oppido Paulæ, honeſtis parenti-

 bus,

bus ortus. Cumq. parentes eius magno suscitandæ prolis desiderio ducti, assiduis precibus Deum sollicitarent, facti demum voti compotes, filium suscitarunt, cui nomē Franciscum, ob alterius Francisci, cui se totos deuouerant, reuerentiam indididerūt: ipse verò ab eisdem parentibus, sub Dei timore, & amore educatus, insigne specimen sanctitatis futurę pręseferens, solitudinem, & religionem diligere, ac orationibus, & ieiunijs assiduè vacare cœpit. Quæ cum eius parentes animaduertissent, ipsum annum circiter decimum tertium tunc agentem (iuxta votum per eos emissum) domui sancti Francisci ciuitatis S. Marci obtulerunt. In qua puer in sortem Domini electus, anno per eum exacto, nullaque professione emissa, vocatis parentibus, eos, vt se ad Ecclesiam sancti Francisci de Assisio, & sanctæ Mariæ de Angelis, deuotionis causa, ducere vellent, enixè rogauit: Qui pio eius desiderio annuentes, sese itineris comites prębuerunt. Quibus Ecclesijs deuotè visitatis, in patriam reuersus, idem beatus, sancto Spiritu

Spiritu inſpirante, ad Eccleſiam conſtruendam animum addixit, ipſeq. primus fundamenta effundere cœpit. Quo, inter vicinos diuulgato, vndiq. ad opus iuuandũ cõcurritur: alij operi incũbebant: nõnulli calcẽ, lapides, cœmenta, & alia id genus, futuro ædificio neceſſaria deportabant. Lect. 5.

POſt igitur ſuam dormitionem, cũ vbiq. gentium eius nomen inclaruiſſet: Franciſcus huius nominis primus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, ac ſibi chariſſima Claudia Regina, eius conſors; quæ aliàs coram dicti ordinis tunc Generali, ac alijs nobilibus perſonis, emiſſo voto, quòd ſi gratiam pro maſculo aſſequeretur, in beati patris honorem, Franciſci nomen ei imponeret fulgentiſſimum puerum in lucem edidit, illiq. iuxta dictum eius votum, Franciſci nomen imponi fecit. Necnon. D. Aloyſia eiuſdem Franciſci mater, Leoni X. per nõnullos Illuſtriſsimos, & Reuerendiſs. dños Nuncios; & Oratores ad eum deſtinatos, humiliter ſupplicari fecit: vt miraculis B. Franciſci diligenter inquiſitis, & explora-

ris,

tis, ad eiusdem beati viri canonizationem procedere dignaretur. Quorum precibus præfatus Leo libenter annuens; post diligẽrem examinationem diuersorum processuum, in partibus Calabriæ, & Franciæ: de Sedis Apostolicę commissione habitorum, cognita veritate omnium miraculorum: tam ante, quàm post eius mortem factorũ, ad eius canonizationem secundùm morem, quem sancta Romana Ecclesia tenet, de Cardinalium consilio, & assensu, beatum virum Franciscum de Paula, in sanctorum confessorum numerum retulit. Tu autem.

Lectio. 6.

NAmque in basilica principis Apostolorum de vrbe amplum suggestum ligneum de more parari, & exornari iussit. Super quo quidem astante populo, ac vniuerso clero: de vita, miraculis & fama eiusdem beati Francisci de Paula, humili, deuotioneque pleno sermone per Summum Pontificem (vt moris est) habito: Deinde

Litania, & hymno, Veni creator Spiritus, per omnia deuote decantatis, consummatisque omnibus consuetis Ecclesiæ ceremonijs. Prima die Maij, quæ tunc fuit Dominica in Albis, anni millesimi, quingentesimi decimi noni, quæ etiam tunc beatorum Apostolorum Philippi, & Iacobi festum contingebat, ad canonizationem eiusdem beati, sub his verbis processit. Ad honorem omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: ad exaltationem fidei Catholicæ religionis augmentum, ac ordinis Minimorum consolationem, & incrementum; authoritate Domini nostri Iesu Christi, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, & nostra: de fratrum nostrorum consilio, & assensu, decernimus, & diffinimus, bonæ memoriæ Franciscũ de Paula, eiusdem ordinis Minimorum institutorem, in cælesti Hierusalem, inter beatorum choros iam receptum, æternæq. gloriæ condonatum fuisse, ac sanctorum Confessorum catalogo ascribendũ fore: ipsumque huiusmodi catalogo in præsentiarum

ascri-

ascribimus, & eum tanquàm sanctum publicè, priuatimq. colendum esse declaramus, atq. mandamus. Statuentes, eius festum, die secunda mensis Aprilis, ab vniuersali Ecclesia annuatim celebrandum fore, & ab eo suffragia à Christi fidelibus implorari, et expectari posse. Omnesq. ac singulos honores illi meritò præstandos, et exhibendos esse, qui cæteris etiam sanctis confessoribus, in huiusmodi catalogo descriptis, conuenire noscuntur. Itaq. Leo X. qui cùm singulari quodam studio in sanctorũ numerum retulisset, Missę solennia, magno Cardinalium omnium, et Prælatorum conuentu, astante etiam populo Romano, idẽ Pontifex maximus celebrauit. Et post terminatum officium suæ canonizationis, in loco sepulturæ eiusdem sancti, in depositionis suæ die, videlicet secunda Aprilis, perpetuò duraturam quadraginra annorum, et totidem quadragenarum Indulgentiam annuatim condonauit. Tu autem domine miserere nostri.

Lect.

Lectio. 7.

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Papæ, in Euangel. secundùm Lucam, vt in communi confessorum non Pontificum.

Vers. Iste pauper clamauit alleluia. Resp. Et Dominus exaudiuit eum, alleluia.

Ad Benedictus, Aña.

In sanctitate. & iustitia, Christi sequens vestigia, longum tulit martyrium: carnem domuit, mundi blandimenta contempsit, hostemq. superbum pauper, & humilis, fortiter dimicando superauit.

Oratio vt supra. In secundis vesperis fiat sicut in primis.

FINIS.

Imprimatur. *Lelius Lessa.*

I. Franciscus Lombardus.

PROSA AD

Sanctum Franciſcum de Paula: reperta in conuentu noſtro Turonenſi.

O Bone paſtor Franciſce
De Paula, lux Calabriæ,
Virginitatis alumne,
Et aroma Turoniæ.

Tu puritatis amator,
Caſtitatis prædicator,
Charitatis amplexator,
Sanctæ pacis mediator.

Sectator humilitatis,
Imitator veritatis,
Conſeruator puritatis,
Executor pietatis.

Blanda tu fugiebas,
Mollia ſemper horrebas,
Cæleſtia cogitabas,
Et terrena conculcabas,

Te conſtantia prædicat,
Te patientia decorat,
Abſtinentia gubernat,
Et oratio ſubleuat.

Tu ſolamen ſolatorum,
Conſolamen miſerorum,
Confortamen puſillorum,
Et fugamen ſuperborum.

Tu fundator Minimorum
Vitæque patrum priscorum
Renouator, & multorum
Cumulator præmiorum.
O minime Minimorum,
Recordare pupillorum,
Nec oblitus sis tuorum
Salutis deuotorum: Amen.

Vers. Ora pro nobis sancte Francisce de Paula.
Resp. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

DEus, qui piorum lamentationes, in gaudium conuertis, fideliqueꝫ seruo & prudenti multa bona polliceris: concede, vt per intercessionem beati Francisci de Paula confessoris tui, summi cæli habitacula penetremus, & cum sanctis Angelis tuis, sine intermissione gaudeamus. Per Christum Dn̄m nostrum. Amen.

Pater noster. Aue Maria.

Commendatio ad eundem.

FRancisce pater pauperum,
Qui nobis dogma minimum
Dedisti, da præsidium,
Precando Regem superum,
Vt nos post hoc auxilium,
Ducat ad Regna cælium. Amen.

LAVS DEO.



S·FRANCISCVS·DE·PAVLA·